

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Assiduus et frequentibus querelis populorum Romanorum et aliarum personarum de excessibus perfidorum Corsorum et aliorum malefactorum compulsi statuimus illos quoniam in nobis est persecui et a provincia ista aliisque nostris et Romanis Ecclesiis locis expelli et propterea dilectum filium Dominicum de Capranica Capere capitulum clericum de rerum experientia et probitate apud nos plurimum commendatum Commissarium et Executorem generalem deputauimus prout in alijs nostris de super confectis litteris plenius continetur. Quare uolumus et per presentes uobis mandamus ut tam laudabile ac uobis imprimis salubre opus amplectentes prefato Commissario de quo summam spem concepimus totis uiribus assidue et parere debeatis ita ut prouisio nostra huiusmodi iuxta desiderium nostrum et rei exigentiam optate executioni demandetur. Videbitis preterea banimenta per omnes terras nostras et Ecclesias eadem die mandauimus publicari. Uolumus igitur et uos per presentes mandamus ut illa xxiii die huius mensis hora xiiii istis et locis nostris publicari obseruari et executioni demandari cum effectu facatis ac elapso termino in diebus banimentis apposito mittatis de uiris viginti bene expertis et armatis qui ex toto territorio uro dictos Corsos per unum continuum mensem extirpare et abigere ac repositas capere et punire nec intra dictum terminum ad similitudinem redire procurent. quemadmodum alijs quibus in similibus Terris ac locis nostris mandauimus ut una eademque die similitur exeat ipsos Corsos expellant et capiant ut prefertur. Et si in hoc negligentis fueritis quod non credimus tamen contra uos procedi faciemus ultra expensas et damna quae a uobis propria exigentur ut alijs exemplo sitis futuri. Contrariis non obstantibus quouscumque. Dat. Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xx maii. A. D. Pontificatus anno vi. Faou.

Deposito Commissarij apud Alex^m ^{no.} 11. VI. contra eos qui molestaret
vicos et Romipetas in ordine q. certa dies et hora publicarentur quedam
bannimenta, et ut plurimum teneret viginti bene exposita et armata
qui per una nullo alium et non venissent Aquapendente recipere
capere et punire deberet, nisi intra d. terminu unq. rediret ad locu
sub die 20. Mayi 1500.

Dilectis filiis Civitati & hominibus
Terre nre Aquapendentes.

